Quelle:
Copyright:



Cod. CCXXX.

Membran: 4. Saec: 15. 2 7. 3.

1. Fol: 1–9.

Hugonis de S. Victore de domo inter: seu de conscientia.

Hugonis de S. Victore liber de domo interiori, seu de conscientia. Inscriptio est: De domo conscientiae hugo. Initium: "Domus hec in qua habitamus." Verum Hugonis non esse diximus in Cod: CCV. n. 1.

2. Fol. 9–12.

L: Annaei Senecae liber de 4. virtutibus.

L: Annaei Senecae liber de quatuor virtutibus cardinalibus. Incipit: "Quatuor virtutum species multorum sententiis diffinite sunt." In indice asseri antico inscripto Senecae tribuuntur, et in fine operis additum: "Explicit Seneca". In antiquis editionibus Opp: Senecae, ex quibus perraram Bibliotheca nostra possidet (: Farvisii per Bern: de Colonia, 1478.:) plerumque extat. Nihilominus supposititium esse inter eruditos constat, quibus Martinus Braccarensis genuinus hujus operis parens audit. Consule Isidorum Hispal: de Script: eccles: cap: 22. Vincentii Placcii Pseudonym: part. 2. pag: 584. Fabric: Bibl: lat: T. I. l. 2. c. 9. p. 435. Caeterum id ipsum opusculum ab Isidoro tulit nomen de differentiis quatuor virtutum, ab aliis formula honestae vitae; quod ultimum ab ipso Authore operi suo impositum esse docet epistola dedicatoria Martini ad Mironem Galliciae regem, quae quidem in Codice nostro desideratur; legitur autem in d. Scherii Spicileg: T. III. p. 312. Opus ipsum exhibet Bibl: Max: P. P. Lugdun: T. X. p. 328. Vide etiam Michael Denis Nachtrag zur Buchdruckergeschichte Wiens p. 46.

Martinus Braccarensis.